

te ipsa meritam esse. Gratulor proinde utrique nostrum
et, quod ad te solum spectat, gratias pro elegantia, mi-
nuscule ago, quas referre malim maximas. Conabor
autem vel inuenire occasionem, vel nasci facere, qua
hoc officio cominus defungi possim, atque impruinis
te precari, ne memor ultra sis molestiae, qua te
venatum ini impudens exactor et praefer morem,
modumque importunus. Vale Virgo Nobilissima,
et me tui gregis, perge scribere, quamdiu haec aura
vesimur. . Haga Com. prid: Cal: Dec: C1515C1XVI.
(501).

Leanae meo.

Siquid minus hic apposite, et quod interesse mea credas
Regi optimo, maximoque non exhiberi, tui arbitrii
facio, ut quod dictum est, sit nondictum; si toleranda
probuli, patior equidem et cupio hoc epistolicis sic
utari, ut meis tam innumeris ineptiis uti soles,
quoties me mea menti interpretem potius, quam
te ipsum adhibere voluisti pro tua sapientia.
Quod hic vero te patres meas agere obtestor apud Pri-
cipem, cui dignas ego gratias referre non magis valeo,
quam stipes, quam id serio a te petam vel hinc vide,
quod ne quidem, Optime amicorum, mei verbis
testari aggrediar, quantum humanitati tuae me debere
intelligam. quare Rhetorem, cui satis suppetat, et
audacia et facundia, ut hoc me officio subleuet, non
nunc demum, sed hoc officio beneficio nunc tamen,
quam arctissime, suauissimo Leanae meo, et nodo non
solubili obstrictum. Quanti vero non illud est, quod
ex animo te gaudere testaris ob euentum rei, non
alio nomine ad te spectantis, quam quod mihi gratum
et acceptum censes!, et si ad Cantianiculum redire
licet, quod utrimque facti sumus, Vous de plaisir
et moy d'aide? Explicabit ista Rhetor meus, METO
πολλὰς παραλασias, si quidem fieri potest, ut quis
tanto muneri par et idoneus reperiaturo, quando
hic Tulliorum dura annona est. Vale meum
deus, et molestiam, qua te obruo, boni consules.
6. Jan. 1667.

G. Brandt:

Viro Amplissime.

(502).
Varis compluribusque hac aestate excursiunculis
distractus, parum officiose me gessi erga amicos,
quorum.